



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 102. Variæ Clementis VIII. Constitutiones hoc anno editæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](#)

efarodur
ventum
ac ider
litione
Borboni
elicta u
duanum
as: pra
quagint
Parifino
dia pess
a suppel
, paulo
ontifice
favebat,
jurgabo
e adjun
at, cum
Lesso
etis in
exeunt
Henrico
to Rega
ti V. &
Legatio
modum
s inter
contra
no Do
onage
ii pet
us, ac
poda

podagræ doloribus confectus tandem
die decima tertia Decembris obiit, se-
pultusque fuit in Ecclesia sanctæ Puden-
tianæ, quam unacum Sacello a funda-
mentis instaurari curaverat.

Sæcul. XVI.**A.C. 1599.****§. CII.*****Variæ Clementis VIII. Constitutio-
nes hoc anno editæ.***

Præter diversas Clementis VIII. Papæ *Bullar. tom.*
constitutiones, de quibus jam spar- 3. p. 80.
sim nata occasione egimus, plures ad- *Conſt. 56.*
huc hoc anno idem Pontifex edidit, in *Theol.*
quarum prima die nona Februarii præ- *Carm. q. 30.*
ceperat, ut Monachi Congregationis *art. 3.*
Fuliensis ex Ordine Cisterciensium san- *Philipp. a*
cti Benedicti in supplicationibus, aliis-
que actibus publicis omnibus Fratribus
Mendicantibus præferantur: cum au-
tem sub idem tempus quidam Archi-
præfules, atque Episcopi Carmelitis
Oleum sacrum tradere recusarent, mox
Pontifex diplomate die vigesima quar-
ta Martii edito eisdem injunxit, ut præ-
fatum sacrum Oleum, quandocunque il-
lud Fratres Carmelitæ pro administran-
da sui Ordinis Regularibus infirmis ex-
trema unctione petierint, *prompte, ac*
liberaliter tradant. Alio diplomate die
vigesima nona Maji pro decidendis cauf-
sis in Ferrarensi civitate quoddam no-
vum erexit tribunal, illudque variis pri-

*SS. Trinit.***L 1 2****vilegiis**

Sæcul. XVI. viliis conspicuum reddidit: infuse
A. C. 1599. celebrem edidit Constitutionem, qu

per varia decreta cuiuscunq; Insti
Regularis emendationem urgebat, &
in quolibet Conventu sacri Codicis
nec non casuum conscientiæ lectione
haberi præcipiebat, certumque Religios
rum numerum statuebat: præterea in me
dio dormitorii lucernam ardentem
etatu servari mandavit, simulque indi
vocis activæ, & passivæ privatione sum
mo Pontifici reservata prohibuit, ne Re
gulares absque sui Provincialis licentia
scriptotenus data Romam pergent: por
ro hisce decretis oppido salutaribus alii
adhuc superaddidit pro Ordine Serv
orum Beatæ Virginis. Adhaec cum non
ita pridem Congregatio Fratrum Difcal
ceatorum Ordinis sancti Augustini Ro
mæ auctoritate Apostolica suisset insti
tuta, idem summus Pontifex die quin
ta Novembbris receptioni, & Professio
ni Novitiorum nova constitutione pro
spexit, jam antea vero alio diplomate,
quod incipit: *de Religiosorum &c. die de*
cima Julii dictum Ordinem reformatum
regendi, ac gubernandi, nec non ejus
dem statuta, & Constitutiones exami
nandi, ac reformandi facultatem Patri
Petro a Matre Dei ex Ordine Carmeli
tarum discalceatorum, Apostolico ejus
dem summi Pontificis Concionatori

con-

concessit : præterea ad preces Patris Sæcul. XVI.
Procuratoris Generalis ex Ordine Fra- A.C. 1599.
trum Beatæ Virginis Mariæ de Monte
Carmelo Clemens VIII. novo decreto
die vigesima tertia promulgato declara-
bat , quod nec præfati Ordinis Fratres,
nec quicunque alii Regulares uti vale-
ant Bullæ , ut vocant , Cruciatæ pri-
vilegio , quo Confessarium præter eos ,
qui a suis respective Prælatis designati
sunt , pro absolutione a casibus Ordina-
rio reservatis eligendi facultas con-
cedebatur. Denique postrema Con-
stitutione die decima octava Decembris
edita declarabatur jurisdictio , ac facul-
tas sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis
Camerarii.

§. CIII.

*Alberti Archiducis, & Isabellæ Con-
jugis suæ reditus in Belgium.*

Postquam Margarita Austriaca Caroli Guicciard.
Archiducis Filia cum Philippo III. de bello Bel-
Hispaniarum Rege , nec non Albertus gico l. 12.
Austriæ Archidux cum Isabella Philip- Spond hoc
pi II. Filia conjugium anno superiori
per Procuratores vicarios Ferrarie contraxerant , ac solemniter Valentiæ in
Hispania confirmaverant , ratumque ha-
buerant , Albertus cum sua Conjuge
discessum in Belgium meditabatur , qua-
propter die octava Maji e portu cum

L 1 3 qua-